Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lasset. ⁊ dixit do mnnus salomoni. q̃
postulasti ubum hor. ⁊ non petisti
dies multos nec diuitias. aut aias
inimicorum tuorum. sed postulasti
sapienciam. ad discernendum iudicia
unm ecce feci tibi sdm sermones tuos
et dedi tibi cor sapiens ⁊ intelligens
mtatum ut nullus ante te similis
tui fuit. nec post te resurrecturus sit
sed ⁊ hec que non postulasti dedi tibi
diuitias scilicet ⁊ glam. ut neo fuit
similis tui in regibus cunctis retro di
ebus. Si aut ambulaueris in uis
meis ⁊ custodieris precepta mea et
mandata mea sicut ambulauit pr
tuus lonsos faciam dies tuos. igitur
cum surrexisset salomon. ⁊ intellexerit qd
esset somnium. Tunc uenit in ie
rusalem stetit coram archa fedeis
domini. ⁊ obtulit holocausta. ⁊ fecit
uictimas pacificas. ⁊ grande cõuiuiu
omnibus famulis suis. Tunc uene
runt due mulieres meretrices ad re
gem salomonem. steterunt q̃ coram
eo. quarum una ait. obsecro mi do
mine rex. ego ⁊ mulier hec habitabam
in domo una. ⁊ peperi apud eam in
ciuitate. tria uo die postqm̃ ego peperi
peperit ⁊ hec. ⁊ eramus simul. nullus
q̃ alius in domo nobiscum exceptis
nobis duabus. mortuus est aut filius
mulieris huius nocte dormiẽs q̃ppe
oppressit eum et consurgens in ꝓcelle
tate noctis silencio tulit filium meum
de latere meo auferre tue dormientis
⁊ collocauit in sinu suo suum aut filium
qui erat mortuus posuit in sinu mo
Tunc surrexi mane ut darem
lac filio meo apparuit mortuus que
diligenciis intuens clara luce dpre
hendi uo esse meum filium. Respond
altera mulier. ⁊ dixit. non est ita ut
dicis. sed filius tuus mortuus est et
meus aut uiuit. econtrario illa dice
bat. mentiris. filius meus quippe vi
uit. ⁊ filius tuus mortuus est. atq̃ in
hunc modum contenderunt coram rege
Tunc rex ait. hec dicit filius meus
uiuit. ⁊ filius tuus mortuus est. ⁊ ista
respondit. no sic. sed filius tuus mor
tuus est. meus aut viuit. Dixit er
go rex. afferre michi gladium. Cum
q̃ tulissent gladium coram rege. ait.
diuidite mr̃ infantem viuẽ in duas
ptes. ⁊ date dimidiam ptem uni. et
dimidiam ptem alteri. dixit aut mu
lier cui filius erat uiuus ad re
gem. cõmota sunt quippe uisce
ra eius sup filio suo. Obsecro domi
date illi infantem viuẽ. ⁊ nolite ut
facere eum. econtrario illa dicebat. nec mi
hi nec tibi sit. sed diuidatur. Respond
rex. ⁊ ait. date infantem viuẽ huic
et non occidatur. hec est eiũ mater
eius. Audiens itaq̃ omnis israel iudi
cium. quod iudicasset rex. ⁊ timuerũt
regem. videntes sapiam di esse in eo
ad faciendum iudicium. III
Erat aut rex salomon regis
sup omnem israel. ⁊ hi principes
quos habebat. azarias filius
sadoch sacerdotis. helioreph et ahia.
filii sesa scribe. iosaphat filius hailbath
acomentarius. banaias filius ioiade
sup exercitum. sadoch aut ⁊ abiathar
sacerdotes. azarias filius nathan sr̃
eos qui assidebant regi. zabul na
than sacerdos amicus regis. ⁊ hainar
positus comus. ⁊ adoma filius abda
sup tributa. habebat aut salomon.